indecorus qz · non exaltacionibus sed potius actus sacrum dispendi se inebat
dom̄ vd sacre pagine doctores et aggn promoti et collegiati · collegij
eiusdem se ut premittit̄ congregati et capitulariter congregati · pmiss · ayduh
talibus · vnanimi cōsn oim̄ voto · vbi dempto videlicet aggro sacobo de
Sboyza · ymo pmonitu aggr agathie prefore ac promotore · ex
humanis rebus exasperatis · atq; alijs suis prioribus · frequentibus · et
plurib⁹ exasperat · de cōi cōsensu fr̄um · trium patrum et fratrum · tum
cōi nonnullis pauperib⁹ · quibus ipe eundem nūme nabat
· et simulit̄ statutis de honestate domus ostenda ediis · p̄ maturam
deliberacōm admisit collatis · ac vsq; eum pleno obligatione · decreuerit
et cōcluserit ipm̄ nullam agathia de Chidlow de dōo collegij · et
collegiatura · et oīmbz ad illa pertinentibz fore excludendū · sint et
de facto exclusserunt · sacietes · et ningentes sibi · genus infra hinc · et
vsq; Mensem de dōo collegij ejicet · et hiterdictum enactuarat
qd̄ decretū seu cōclusio · p̄ veritatem vicem aggri agathia de gobelino
Sacre theologie professorem · ecle collegiate Sancti Floriani decanum
ac ymo vniuersitatis primum Rectorem sucum qz ac emulgatum Studij
generalis Cisorem · et sub cōmisso vnius pleni pretii domus ·
p̄ aggro agathie p̄dicto · pmissa · punctata · sanctis vocē affixa · et
alijs intimata · et sibi nichilomin̄ idem aggr agathias de Chidlow huius
cōclusionis emologiando · et decretū appendo dixit · nūo hec patres
indum nostra vim Mensem · sed rebus exibo Dūnibus obtendo de
nerabilibus et egregijs viris Johanne de Sboyza ecle cathedral
casul̄ diaconien Stanislao de Zurada Stanislao de Sbzesnyn
et Johanne de osweyczyn Sacre pagine professoribus Jacobo de
Sboyza Sudentine doctore Andrea de Cracouia et Nicolao
de Stow formatis ac Johanne de lowicz theologie Baccalaureis
et ecle Sancti floriani canonicis Johanne milite de poznania artis
medicine licenciato Nicolao de cracouia Johanne de pilza Andrea
de Labischyn agricolis de cracouia et petro de Zambrzeg arcium
magistris et collegiatis circa pmissa.

122

+

Conclusio de regressu & loco reservato M. Gabrieli Shadcouio, & M. Stanislao Grzepsio, ad Canonicatum S. Annae

Anno Dni 1.5.6.1. Die 12 Iunii in Praepositura M. Stanislai Grzepski, conuocatione facta dnorum Doctorum et Mgrorum ad conferendum Praebendam seu Canonicatum S. Floriani, vacantem post obitum olim Venlij viri. M. Petri Varssanien, sub poena carentiae & non contradicendi. M. Gabriel Shadcouius, vacante interim Praebenda seu Canonicatu S. Annae, post liberam resignationem M. Ioannis Vielicii, qui tum in Decanatu S. Annae, post liberam quoque M. Martini Pilsnen resignationem successerat, petiit sibi reseruari locum et ascensum, ad eandem Praebendam S. Annae, interim sibi praemitti concedens M. Stanislaum Grzepski immediate sequentem, verum is etiam similiter petiit locum et ascensum sibi reseruari, ad eandem Praebendam, praemittens M. Iozephum Vrzedonium: qua de re cum dni Doctores & Mgri deliberassent, ex vnanimi consensu vtrisque locum & ascensum, ante M. Iozephum Vrzedonium ad Praebendam S. Annae concesserunt & reseruarunt.

Auscultata et approbata per communitatem in conuocatione super ea re facta xi Julij mensis

123

Chirographum Comitatis

Anno dni 1567. Die vero Nona Octobris In Ppositura M Stanislai Socolovij. Mgr Joan Leopolien Eccle S. Floriani Canonicus et S. Georgij in Arce Prebendarij posuit rocz cora deputatis a Comitate, expensorum et perceptorum de pdio villę Kronowicze, q nouit bonis Comitatis accessit. deductisq perceptis et expensis, debebit illi comitas illi trecentos decem octo flor: monetę Polonicalis. Quam rocz Comitas tota approbaui atq eundem et qetat ex oibus et se illi debere reliquum recognoscit pntibus in cuius rei fidem sigillum e appsum Comitatis

Ppositus dom

Quietatio qua Chirographum cassatur. et de 100 ny qetatur.

Anno dni millesimo Quingentes Septuagesimo die 12 Augusti. Tota Comitas DD et MM Maioris Collegij Academię Crac pnti, Senioris Consiliarij D Martini Pilsnen scripto et suo minori sigillo recognoscit Rndm Sacrę Theologię Doctorem Joan Leopolien, tunc eiusdem Maioris Collegij Prepositum, post extenuationem et satisfactionem debiti trecentorum decem octo flor: in moneta Pol p media sexagena supputat: quos illi debebat Comitas pfata iuxt supputationem diligenter facta, roe expesarum in pdio et bona villę Kronowicze p reditus annorum duorum vez 1567 et 1568 ex eodem pdio et villa puenientibus; soluisse, iuxt pacta cu pdicta Comitate tunc facta, etiam centum marcas in Moneta polonicali singulas 48 g computis, ex redditibus et puentibus pdictę villę et pdii, pro anno pxime trasacto 1569. de qbus oibus suum Rndm d. pntibus qetat Actum et datum in iudicio domestico pfati Collegij Maioris Anno die qbus sup

Sub sigillo Comitatis

Et tunc qq pdictus D Joan Leopoli et chirographum Comitatis eidem reddidit et eadem qetauit.

Auscultata 22. Septembris in Conuocatione publica

Anno Domini 1511, Die 21 Nouembris, in Præpositura Mgri Stanislai Jacobei Curelouien. Conuocatione facta dominorum doctorum et Magistrorum ad eligendum Altaristam Altaris Annunciationis B. Mariæ Virginis in Eccla S. Annæ siti post mortem Mgri Joannis Petricouij sub pœna non contradicendi. In quaquidem Conuocatione nemine qui petat hoc Altare sese offerente post longam deliberationem conclusum est nemine contradicente vt hoc Altare Mgr Stanislaus Jacobeius Curelouien possideat. His tamen conditionibus adiectis vt proventus huius Altaris pro mensa communi cedant. Altarista vero ex ijsdem proventibus ratione lectarum duas Marcas pro disputationibus vna, pro solicitudine ad implendorum onerum Altari annexorum et in exiendo censu duas Marcas annis singulis percipiat. pro Inuestitura aut predicto Altariste pro exiendo censu si lites contingant Phiscarius domus impensas dare debebit. Quod si vero quocunque tempore quispiam Mgrorum tam ex maiori vel minori Collegio aut ex extraneis ad hoc altare petendum sese obtulerit, et per dominos doctores et Mgros idoneus ad id reptus fuerit ex tunc prout ex nunc predictus Mgr Stanislaus Jacobeius Curelouien in manus Patronorum hoc idem Altare se resignaturum sponte promisit, et presentis Conclusionis manu propria subscriptione obligauit.

Conclusio de regressu et loco reserua-
to M. Jacobo Gorscio ad canonica-
tum S. Floriani.

Anno dni 1568 die uero 15 Janua-
rij in præpositura M. Stanislai Socolovii
connocatione facta D Doctorum, et Magistro-
rum ad conferendam Custodiam S Flo-
riani, post liberam resignacionem Rdi
patris dni D Dobrosielski, sub pœna
carentiæ, et non contradicendi, M Jaco-
bus Gorski vacante interim præ-
benda seu canonicatu S Floriani,
post liberam resignacionem Doctoris Sigis-
mundi Obremski, qui tum in Custo-
diam vacantem S Floriani successe-
rat, petyt sibi reseruari locum et
ascensum ad eandem præbendam S
Floriani, interim sibi præmitti con-

cedens M Joannem Wieliciensem
immediate se sequentem. qua de re cum
domini Doctores et Magistri deliberassent
ex unanimi consensu predicto M
Jacobo Gorski locum et ascensum
an M Joannem Wieliciensem ad
praebendam sancti Floriani con
cesserunt et reservarunt

Auscultata et approbata per
communitatem in convocatione
supra ea re facta.

128. Conclusio de fundo Bronowicze

Anno Dni 1568 die Junij XIX, In Praepositura S. Josephi Vredonij, Data fuit Convocatio ad auscultandam Conclusionem in praecedenti Praepositura factam, Cuius tenor sequitur talis.

Anno Domini 1567 die vero mi Decembris facta Convocatione dominorum Doctorum et Magistrorum maioris Collegii per Praepositum domus eiusdem, ad similiter determinandum, super fructibus fundi Bronowicze, prout diligit quisque bonum Communitatis, et sub poena non Extraherendi, In qua Convocatione conclusum est, ut ex praedictis bonis fundi Bronowicze, Imprimis Praebendarius habeat singulis annis redditus Marcas 16. Reliquos autem omnes fructus Communitas percipiat; In eadem Convocatione Communitas per Arendam locavit fundum Bronowicze, Incipiendo illud a festo Nativitatis Domini in Anno 1566, usque ad festum Nativitatis Domini in Anno 1569 duraturam cum omnibus redditibus, utilitatibus, emolumentis, ad triennium integrum, Venerabili Dno S. Joanni Leopolien. Canon. S. Floriani et eiusdem Praebendae Praebendario, ita ut Communitati singulis annis pendat, ex eiusdem fundi fructibus centum Marcas deductis omnibus oneribus quibuscumque vocentur nominibus, quae praefatus dominus Praebendarius ipsemet sustinere, in eiusdem Communitatis arendae decursu debet et debebit, ad haec curabit ut Officia, fundum, Colonos ab omnibus iniuriis, damnis impetitionibus, tueatur et defendat, Exacta autem et finita

Ordinatio praebendarii ad illi dicta.

Arenda. Festo Nativitatis Domini.

128

Gregorius triennali arenda praefatus dominus Praeben-
darius tenebitur, et puncti inscriptione erit obligatus, prio-
re Edificia, atque res omnes eiusdem praebendae et supellectilem
totam pecunia communitatis comparatam, iuxta Inventa-
rium ipsius communitatis, manu praefati Praebendarij sub-
scriptum, relinquere et tradere, in eodem valore numero, et
qualitate, et correspectum vero pecorum omnium, per ar-
dium cum communitate habere, Auscultatione pera-
cta Communitas eandem in omnibus clausulis approba-
vit, M. Joanne Cropolicen. Canon. S. Floriani et
Praebendario S. Georgii in Castro Cracovien. fundi Bro-
nowicz, quibusdam clausulis contradicente. Wielicio.

Anno Dni 1569 die 29 Martij. De M. Joanne
In convocatione Doctorum et Magistrorum Collegij maiorum per M. Stanislaum
Marenium, eiusdem Collegij Praepositum, facta. Volutae et consensu omnium conve-
nientium, servatus est locus et ascensus, in eodem Collegio, M. Joanni Wielicio,
dumtaxat, ante M. Andream Brzezynium: et M. Casparum Radosiecium,
qui eodem die, vocati sunt. Si talem se praestiterit: quale amplitudo
Collegij et dignitas loci postulat. Siquidem nunc quidem absens, per alium
praesens autem, per scriptum, omnem in legendo, et disputando adhibuerit
diligentiam

Auscultata et approbata per Comitatem, in Convocatione
22 die aprilis habita.

128 129

Arenda Bonorum Bronowicze, Eximio domino Doctori. Joanni Leopolien, etc.

Anno domini 1570. die 16. Februarij, In prepositura Magistri Andree Brzesinij, data fuit convocatio, ad auscultandum conclusionem in precedenti convocatione factam, Cuius tenor sequitur talis, Anno domini, 1570. die 25. Januarij, facta convocatione dominorum Doctorum. et Magistrorum, maioris Collegij, per Prepositum domus eiusdem, ad deliberandum, consultandum, et finaliter certi aliquid concludendum, super fructibus fundi Bronowicze, prout quisque diligit bonum Communitatis, et sub pena non condicendi, in qua convocatione conclusum est, locandos esse Proventus fundi Bronowicze, ad triennium, hoc est, a ferijs Nativitatis domini, in Anno domini, 1569. ad alias ferias Natalis domini, in Anno domini, 1572. Rdo domino Joanni Leopolien, Doctori sacrarum literarum, Collegae maioris Collegij, Canonico S. Florianj et Prebendario S. Georgij in arce Crac, singulis annis ducentis florenis, numeri et monetae Polonicalis, Dominis Doctoribus et Magistris, totique communitati maioris Collegij, per eum solvendis. ad duas ratas, annis singulis, Ita videlicet, prima rata solvendorum Centum florenorum pro quartali Cinerum, et altera rata solvendorum aliorum Centum florenorum, pro ferijs S. Jonis Baptistae, Ita nimirum

vide pag. 133.

NNO Domini Millesimo, Quingentesimo Sexagesimo, die vero
martis, prima Octobris. In præpositura M. Alberti Leopolien, facta
est conuocatio omnium dominorum Doctorum & Magistrorum, mo-
re solito per schedam, sub pœna prout diligit quisque bonum com-
munitatis, et non contradicendi, ad consultandum, deliberandum
finaliterque concludendum: quonam modo hæc pecunia centum tri-
ginta septem florenorum et decem grossorum, quæ ex venditione
unius bonis mobilibus villæ Boszina, post mortem Nobilis olim D.
Nicolai Boguss erat collecta, omnium dominorum Doctorum et Ma-
gistrorum unanimi consensu conclusum est, vt ex summa prædicta
solutis quoad fieri poterit debitis, per communitatem contractis, ri-
liquum hoc est quinquaginta floreni in moneta reponantur et dili-
genter reseruentur in thesauro; quos Præpositus domus cum D.
Doctoribus, quorum fidei concreditus est thesaurus, dare debe-
bunt in mutuum Fiscario domus, pro cõemendis tempestiue
visa fori facilitate necessariis, ad quæ Fiscarius consuetudi-
ne antiqua obligatur. Ita tamen, vt idem Fiscarius eosdem qui-
nquaginta florenos prædictos Præposito et D. Docto: quorum
fidei concreditus thesaurus, restituat pro feria quarta Cinerum
sub pœna arbitraria per communitatem in eum qui restituere
pro die prædicta neglexit decernenda. Sumpturusque hanc pe-
cuniam quinquaginta florenorum Chyrographum prædictis Præ-
posito et Dominis Doctoribus debet dare, sub hac forma.

Auscultata.

+

Anno Domini 1560, die vero prima Octobris. Ego D.
Felix Sieprczius, recognosco præsentibus accepisse me mutuo, a R.
Dominis Doctoribus et Magistris Maioris Collegii ex the-
saro eiusdem communitatis, per manus V. Magistri Alberti Le-
polien Præpositi, et Rndi Doctoris dni Sebastiani à C-
parz, nec non Mgri Martini Pilsnen consiliariorum, qui-
nquaginta florenos in moneta bonæ pecuniæ et numeri Po-
nicalis, in singulos triginta grs computan, pro subsidio exp-
sarum Fiscarii. Quos quidem quinquaginta florenos obli-

130

131

+

praesenti Chyrographo et promitto solutorum feria quarta
[illegible] proxime instantis. Anno Domini 1561 sub poena
[illegible]dem summae quinquaginta flor. in summam praedictam prin-
cipaliter non computan. Datum in Collegio Maiori Anno
die, etc. Mense quibus supra.

Reposuit eandem pecuniam tempore
praescripto, quam sequens Fiscarius
accepit, sub obligatione simili.

+

Fiscarius recognitio sup. flor. 50 pro subsidio dictis

ut proventus Anni, 1570. ex fundo Bronowicze
solvantur, in Anno domini, 1571. ad ratas supra
memoratas. Et sic similiter singulorum annorum se immedia-
te sequentium, Insuper ut Monachum Tinyeczen proprijs
sumptibus, iuxta priorem Ordinationem foveat, et deducat
omnibus oneribus, quibuscumque vocentur nominibus, quae pre-
fatus dominus Prebendarius ipsemet sustinere, in eiusdem
triennalis anni decursu, debet et debebit, ad hec curabit
ut aedificia fundum Colonos ab omnibus iniurijs, damnis,
impeditionibus, tueatur, et deffendat, exacta autem et
finita huiusmodi triennali arenda, prefatus dominus Pre-
bendarius, tenebitur, et presenti obligatione erit astrictus,
priora aedificia, atque res omnes eiusdem Prebende, et
suppellectilem totam, pecunia Communitatis comparatam, iuxta
Inventarium ipsius Communitatis, manu prefati Preben-
darij subscriptam, relinquere et tradere, in eodem valore, nu-
mero, et qualitate, accrescentia vero omnium pecorum,
et pecudum, discretioni illius, domini Doctoris et Ma-
gistri, totaque Communitas maioris Collegij, commisit,
Auscultata et approbata per Communitatem ma-
ioris domus, Anno, Mense, die quibus supra etc.
Cum approbationi interfuere Rdi et venerabiles, Micha-
el a Visliczа, Joannes Dobrosielski, Stanislaus Pin-
czowitha, Nicolaus Bodzechin, Joannes Leopolien
sacrarum literarum Jacobus Gorski Juris utriusque Doctores,

134 Joannes Vieliczka, Andreas Tropens, Joannes Curzelowitha, Gregorius Samborithanus, Gabriel Schadel, Stanislaus Grzepski, Josephus Orzedovius, Stanislaus Sokolowski, Stanislaus Marcinius, Gaspar Radosicius, Philosophiae Doctores, et Artium Magistri Collegii maioris Collegij etc.

Quietatio ex Bonis Bronowicze. Eximio Dno Doctori Joanni Leopolien, et eius Executoribus.

Anno Domini 1572 die vero 10. Maii. Nos Andreas Zielenski Praepositus domus, Joannes Dobrosielski Sacrae Theologiae Doctor Cancl. Crac. Stanislaus Kurzelovius consiliarii Communitatis Collegii Maioris Universitatis Crac., nostro et totius praefatae Comitatis noie, ex unanimi ipsius consensu recognoscimus, eidem toti Comitati Collegii Maioris per Executores testamenti Rdi olim Sacrae Theologiae Doctoris Joannis Leopolien Ecclae Sancti Floriani in Clepars Cancl. et Praebendarii Sancti Georgii in Castro Crac. fundi Bronowicze, ex redditibus et proventibus omnibus, ex pecuniis et pecoribus ex conseminationibus agrorum et domesticis utensilibus atque universis commodis quaecunque ex fundo praedicta Praebendae et toto praedio villae Niemieczkie Bronowicze appellatae, et praefatae Comitatis Maioris Collegii, ex Jurispatronatus donatione et Privilegii dispositione haereditariae dum eandem villam ad ipsius praedio, praedictus D. Joannes Leopolien ab Anno Domini 1566 et Mense ipsius Augusto usque ad Annum Domini praesentem 1572 et Mensem ipsius Aprillem, primum ad fideles manus, deinde per Arendam, a praefata Comitate Collegii Maioris poss

et tam hyemalibus quam aestivalibus.

134 135

debat solvere debuit, et post expirationem Arendae 135.
iuxta inventarium restituere Comitati tenebatur
totaliter esse satisfactum. Ex quibus omnibus
tam Rndmo Dnm Doctorem Leopolien, quam
ipsius testamenti Executores pntibus in perpe-
tuum quietamus. Non inclusis tamen in eandem
quietationem Centum florenis in miro et moneta
Polonicis computat, quos ad rationem Arendae
anni proxime praecedentis 1571 adhuc solvere pro-
fatae Comitati Maiorum Collegii Domini Executo-
res praedicti, pro festo S. Joannis Baptistae in
anno pnti proxime venturo, iuxta inscriptio-
nem Arendae in Libro Conclusionum Comitatis
factam tenentur. In quorum omnium et singulorum
fidem, sigillum Comitatis minus subappresimus.
Datum ex Collegio Maiorum Professorum Univer-
sitatis Crac. Anno et die quibus supra.

Anno Domini 1572 die 11. Julii, data est convo-
catio per Praepositum domus, ad optandas Praebe-
das seu Canonicatus vacantes ad S. Annam post
resignationem M. Josephi Urzędowii et M. Caspa-
ris Radosicii, quas cum nemo optaret in ordine
suae vocationis, facta est inductio a primo usque
ad ultimum per Praepositum: dum nec sic eosdem
optarent. Conclusum est, ne quid decedat Emolumenti
quod alii contribuerunt Comitati, quo singuli qui
nollent suscipere praedictos Canonicatus in spatio
4. hebdomadarum 6. florenos Comitati persolvat.
Et sint liberi a Canonicatu S. Annae. In eadem
quoque convocatione, conquestum est M. Andreae
Brzesinium verbis contumeliosis, opprobriosis, igno-
miniosis Comitatem multoties afferisse. Postea
de eo per Praepositum inductum est. Communitas
itaque volens tum illi tum sibi bene consultum esse

136. decrevit et conclusit: ut eidem quoquid interim in ea admisit, deprecatione facta tanquam ei iure benignissima condonatum sit. Sin vero deinceps contra eandem Comitatem contumeliosius aliquid dixerit ac de eo iure convictus fuerit, totiens quoties, hoc commiserit, Comitatum pro poena solvet decem florenos in moneta. Quam quidem deprecationem sibi iniunctam, continuo in eadem convocatione fecit. Auscultata et approbata per communitatem in convocatione 24. Augusti habita.

Arenda Bonorum fundi Bronowicze, Rndo Domino Doctori Martino Pylznen etc.

Anno domini 1572 die vigesima prima Novembris. in Praepositura Mgri Melchioris Petricij Skrzynnen. data Convocatio erat per eundem Praepositum, ad auscultandam Conclusionem occasione arendae bonorum fundi Bronowicze factam. in Convocatione superiori, hoc tenore verborum. Anno domini quo supra die vero decimaseptima Mensis Octobris Rndi et Venerabiles dni Praepositus Doctores et Magistri Collegij Maioris per Praepositum domus more solito convocati. Ad providendam villam fundi Praebendae in Ecclesia Sancti Georgij in Castro Cracoviensi sitt et Collegij Maioris perpetuo haereditariam Bronowicze Nyemieczkie dictam. cum ipsius praedio et ad disponendum de utriusque usufructibus pro Mensa Collegij Maioris pertinentibus. Ex unanimi consensu, eandem villam et praedium. cum ipsorum redditibus, fructibus et emolumentis omnibus. locarunt et in arenda dederunt ad triennium, quod incipiet a festo Circumcisionis dni. in Anno Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Tertio, et terminabitur per simili festo Circumcisionis domini in principio Anni Millesimi Quingentesimi Septuagesimi Sexti; Rndo et Venerabili Sacrae Theologiae Doctori Martino Pylznen confratri suo. et praefatae Praebendae. de fundo Bronowicze, in praedicta Ecclesia Sancti Georgij in Castro Cracoviensi

possessori. sub istis quae sequuntur conditionibus. Primum ut omnia
et singula, onera ex eiusdem praebendae fundo et praedio pendentia
nullis penitus exceptis et excipiendis ipsemet sustineat ac persoluat
atque ut pro Anno primo eiusdem triennalis arendae die Cinerum
in Anno proximo sequenti Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quarto
numeret et soluat Communitati Centum et quindecim florenos in Moneta
polonicalis, per mediam sexagenam Comput. Et pro festo Sancti Joan:
nis Baptistae in Anno praefato, similiter Centum et quindecim fflorenos
monetae et numeri similis Pro Anno autem secundo eiusdem triennalis
arendae qui erit Millesimus Quingentesimus Septuagesimus quartus
ut numeret pro die Cinerum in Anno sequenti Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo Quinto Centum et viginti quinque fflorenos in Moneta Polonicalis
per mediam sexagenam Comput. et pro festo Natiuitatis Sancti Joan:
nis Baptistae in Anno praefato similiter centum et viginti quinque fflorenos
monetae et numeri similis. Pro Anno vero tertio eiusdem triennalis
arendae qui erit Millesimus Quingentesimus Septuagesimus Quintus.
etiam pro die Cinerum in Anno domini Millesimo Quingentesimo Septu:
agesimo Sexto ut numeret Communitati Centum et triginta quinque
florenos in moneta polonicalis per mediam sexagenam Computat. et
pro festo Natiuitatis Sancti Joannis Baptistae in Anno praefato similiter
Centum et triginta quinque fflorenos monetae et numeri similis Deinde
ut pecora omnis generis iuxta inuentarium sibi tradita per accrescentiam
ipsorum prout melius et commodius poterit augeat. et in expira:
tione arendae, praefatae Communitati Collegii Maioris reddat et tra:
dat Suppellectilem quoque totam domesticam secundum inuentarium in
expiratione arendae reddere tenebitur. Postremo aedificia praedii
vetera ne destruantur aut labantur ut suis propriis sumptibus
prouideat et reparet, noua autem ad extenuationem praefatae summae
nulla faciat absque requisitione et consensu Communitatis. Reliqua

Sunt omnia pro villae et praedij Commoditate (inter) Communem arendarum consuetudinem et formam in Statutis regni descriptam. faciet. Quae quidem omnia et singula se praestiturum bona fide, et pro amore suo debito erga Communitatem praefatus Dominus Doctor Martinus Pylzneu. suscepit, et manus suae scripto se obligavit. Actum in Collegij Maioris hypocausto Communi. Convocatione super hac re habita. Anno et die quibus sup.

Quae quidem Conclusio per DD. et MM: totamque Communitatem Collegij Maioris ~~[illegible]~~ auscultata, et ab omnibus tunc praesentibus, nemine contradicente. in omnibus clausulis et conditionibus, ac punctis approbata. Anno et die ut supra ~.

+

Conclusio de loco servato Magistro Gabrieli Schadek ad Canonicatum Sancti Floriani

Anno domini 1574 Die Nona Marcii. In Praepositura Magri Martini Clodamieu ad quam post obitum Rmi Patris domini Sacrae Theologiae Doctoris Joannis Drobrosielski Canonici Cracoviensis et domus Praepositi. fuerat per Communitatem surrogatus. Facta Rndorum dominorum doctorum et Magistrorum Convocatione ad conferendum Decanatum in Ecclia Sancti Floriani post liberam resignationem Rmi patris domini Michaelis Wisticiensis Sacrae Theologiae Doctoris in Canonicatum Cracoviensem per universitatem electi, et ad alia si quae vacare contingeret sub poena carentiae et non contradicendi Magister Gabriel Schadkonius vacante interim Canonicatu sive praebenda Sancti Floriani post liberam resignationem Rmi patris domini Doctoris S.T. Nicolai Bodzecinii qui eum in custodiam Sancti Floriani successit: peciit sibi reservari locum et ascensum ad

eandem prebendam sive Canonicatum Sancti Floriani interim sibi premitti concedens Magistrum Josephum Urzedonium immediate se sequentem. Qua de re cum Dni Doctores et Mgri deliberassent ex unanimi consensu predicto Mgro Gabrieli Schabel locum et ascensum ante Magistrum Josephum Urzedonium ad prebendam sive Canonicatum Sancti Floriani concesserunt et reservaverunt: Hac tamen adiecta conditione ut labores in Academia continuet quodsi vero aliquando eum recedere ab universitate necessitas coegerit ut id secundum statuta universitatis faciat

Auscultata et approbata per communitatem in Convocatione super ea re facta :—

Conclusio de pecunia. Quinquaginta thalerorum. a Magistro Alberto Leopolien. pro praeposito et fiscario maioris Collegii officialib. legata

Anno Domini 1515. 21 Maii. In praepositura. M. Nicolai Panecii de Czerwienske. facta est per eundem Convocatio totius communitatis. ad deliberandum et constituendum finalem de pecunia Quinquaginta thalerorum. pro praepositis et fiscariis domus Maioris Collegii. pro tempore existentibus.

per venabilem olim. M. Albertum Leopolien. Maiorem
Collegii collegam testamentalem pro eisdem assigna:
tam. Anno domini 1615. 25 Junii.
Hoc tenore verborum. Egregie D. Doctor et Mgr
venabilis, adsit p. v. hodie statim à prandio
in Hyppocausto communitatis, dum signum Campana da:
bitur. ad auscultandam Conclusionem. de Conferen:
da pecunia. praecepto et fiscario testamentali le:
gata. superiore convocatione facta. sub poena non
Condicendi. In qua Convocatione ex unanimi omnium et
singulorum sententia Conclusum est. ut praepositus
pro tempore existens. pecuniam triginta thalero:
rum. antiquorum. pro Additionibus praepositurae
suae. in usus mensae communitatis expendendam. iux:
ta testamentum praefati testatoris ex nunc habe:
at. ea conditione praedicta pecuniam accipiens.
ut cautionem Chirographi de restituenda apud
officium reponat. eandemque in cistam communitatis
in expiratione suae praepositurae. Commutatione quidem
Hyemali. pro die S. Georgii. ex redditibus villae
Bronowicze. pro prima rata percipienda. pro Com:
mutatione vero Aestiva. pro die S. Galli. et
Rata Secunda. ex eiusdem villae Bronowicze
redditibus. ratione Additionum. per ipsum in prae:
positura sua expositarum. Similiter pacipiendae
apud officium in cistam communitatis reponat. et cau:
tionem suam recipiat. sequenti praecepto pro officium do:
mus. pro similibus Additionibus concedendam

Deinde ut fiscarius uix eiusdem testatoris
mentem, uiginti thaleros etiam antiquos pro
subsidio exponendorum per totum Annum in officio
fiscariae in usum communitatis, etiam data chyro:
graphi cautione ex nunc habeat, quos in expi:
ratione fiscariae suae, postridie rationis factae
apud officium in cistam communitatis reponere, fisca:
rio sequenti similiter sub chyrographi cautione
concedendos tenebitur, et suam cautionem datam recipe:
re debebit, sub poena per communitatem arbitra:
ria in eum decernenda, et per ipsum irremissibiliter lu:
enda.

Auscultata et approbata
per communitatem in conuocati
one cap. super ea re facta.
Anno et die quibus supra

Exemplum litterarum ad Rndum patrem D. An:
dream Diuina patientia Abbatem Tinecensem
De ferendo testimonio pro Mgro in Monasterio
diligenter laborante, et petente cooptari in nu:
merum Collegarum

Rnde domine et benefactor gratiosissime commenda:
tis in gratiam Rndae p. vrae officiis nostris, eidem cum
toto ipsius conuentu S. P. et in omnibus per dei
gratiam prosperitatem perpetuam

Commendatio Rndae p. v. et Conuentus ipsius pro
Mgro Sebastiano Felstinensi Seminarii Tinecensis
praefecto bene merito, ad nos facta. pro eodem
cooptando in numerum professorum Minorum Collegii

Grata nobis omnibus fuit. tanquam ab iis quos Patro:
nos singulares et benefactores liberales semper et
ubique agnoscimus et fatemur. in orationibusque nostris
Apud Deum Opt. Max. supplicitur commemorare non cessa:
mus. Quoniam vero nostre leges et constitutiones
nos obligarunt. ut munus professionis publicae istis
tantum conferamus. qui conversationis suae bonae a Semi:
nariis. et laborum fideliter peractorum. a praefectis in fa:
cultatibus testimonium habeant. maximopere hoc fieri ro:
gamus. ut quemcumque Rnda P. vra. ad eam praefe:
ctura Seminarii Tiniecen. deinceps susceperit. suae Mgi
suae Bacc. fuerit. et idem postquam suo perfunctus officio
sibi videbitur. ad Academiam redire. atque per commendati:
onem Rndae P. vrae. et ipsius conventus provisionem
habere voluerit. a Rnda P. vra. et ipsius conven:
tu. tale testimonium. in conscientia bona datum scri:
pto legittimo adferat. Quia toto tempore quo Semina:
rio Tiniecen. praeerat. Honeste. modeste. Catolice
vixit et conversatus est. atque diligenter. fideliter
cum profectu discipulorum docuit. Quod ut tanto evi:
dentius appareat in testimonio illo a Rnda P. v.
et Conventu ipsius ad nos perferendo describendum
erit. pietati num debitam operam dederit. et quantum
morum integritatis ratione habuerit. Quas lectiones
et quanto tempore. et num integre legerit. quoties
inter discipulos more dialectico disputationes institu:
erit. Quoties discipuli eius. prosa vel metro
publice ibidem perorarunt. Alioqui si diversum
eo testimonium attulerit. ne eidem nihil prosit ve:
rendum

vndum erit. In professione enim publica, neuliquam salua conscientia nostra quisquam adscisci potest, qui in talibus exercitus bene non profecerit, et profectus euidens experimentum, vel in vniuersitate, vel aliquo in loco sibi praefixo non protulerit. &c.

P. v. optime valeat

Conclusio de regressu, et loco reseruato, M. Nicolao Cerwinscio, in Canonicatum S. Annae

Anno Domini 1575, die vero 29 Nouembris, in praepositura M. Pauli a Lodzia, conuocatione facta Dominorum doctorum et magistrorum, ad conferendum Canonicatum Sanctae Annae, vacantem post resignationem Domini magistri Andreae Bresinij, sub poena carentiae, et non conuidendi magister Nicolaus Cerwinscius, cui iure senij, et vocationis videbatur debere praebenda seu Canonicatus S. Annae, a venerabili communitate, tanquam a patronis petijt sibi, reseruari locum et ascensum ad eandem: liberè interim sibi praemitti comedens Dominum M. Valentinum Vidanium. Qua de recu Domini Doctores, atque magistri deliberassent, ex vnanimi consensu praedicto M. Nicolao Cerwinscio, locum et ascensum, ante M. Valentinum Vidanium, ad praebendam fine Canonicatum concesserunt et reseruarunt. Ea tamen conditione vt praedictum Canonicatum, ad primum vacans suscipiat.

Auscultata et approbata in conuocatione per communitatem, die 9. Decembris

Arenda Bonorum Fundi Bronowicze, Rndo Doctori Martino Pilsnensi, etc.

Anno domini Milesimo Quingentesimo, septuagesimo quinto, die vero Decima nona mensis Nouembris, Data erat conuocatio more solito in schaeda per praepositum domus M. Paulum a Lodzia, ad prouidendum et disponendum

dum, de villa et prædio Bronowice fundo præbendæ Ecclesiæ
Collegiatæ Sancti Georgij, in Castro Cracoviensi, Iurispatro-
natus Collegij maioris, et usus fructus mensæ eiusdem: postquam
appropinquabat expiratio Arendæ, Rndo Dno Doctori
Martino Pilsnensi, eiusdem præbendæ possessori, antea facta
et ad librum conclusionum domus inscripta. Ex materia
igitur deliberatione et unanimi consensu conclusum est, quod eadem
villa et prædium cum ipsorum omnibus redditibus, fructibus, et
emolumentis, deinceps locaretur, et in arendam daretur ad
triennium proximè futurum. Quod incipiet a festo circum-
cisionis Domini, in Anno millesimo quingentesimo septu-
agesimo sexto: et terminabitur pro simili festo Circumcisionis
Domini in principio Anni, millesimi quingentesimi septu-
agesimi noni, Rndo et Venerabili Sacræ Theologiæ
Doctori Martino Pilsnensi, confratri suo, et præbendæ
præfatæ, de fundo Bronowice, in prædicta Ecclesia
Sancti Georgij in Castro Cracoviensi possessori. Sub istis
quæ sequuntur conditionibus. Primum ut omnia singula, one-
ra ex eiusdem præbendæ fundo et prædio pendentia, mil-
lis penitus exceptis, et excipiendis, ipsemet sustineat, acper-
solvat. Secundum ut scultetum per occasionem datam
pecunia Communitatis redimat. Atque ut pro anno
primo eiusdem triennalis Arendæ, pro festo Sancti Georgij
numeret et solvat Communitati, Centum et viginti quinque flo-
renos, monetæ et numeri polonicalis, singulos computando
triginta grossis: et pro festo Sancti Galli, in anno præ-
fato similiter, Centum et viginti quinque florenos, mone-
tæ et numeri similis. Pro anno autem secundo eiusdem triennalis
arendæ, qui erit, millesimus quingentesimus, septuagesimus
septimus, ut maneret pro festo Sancti Georgij Communitati
Centum et triginta florenos, monetæ et numeri polonicalis
singulos computando triginta grossis: et pro festo Sancti
Galli, in anno præfato similiter Centum et triginta flo-
renos, monetæ et numeri similis. Pro Anno vero tertio

eiusdem triennalis Arendae, qui erit Milesimus Quingentesimus, Septuagesimus Octavus, pro festo Sancti Georgij ut numeret Communitati Centum et triginta quinque florenos monetae et unum polonicalis, singulos triginta grossis computandos, et pro festo Sancti Galli in anno praefato similem, Centum et triginta quinque florenos, monetae et numeri similis, demum et pecora omnis generis, iuxta inventarium sibi tradita per accrescentiam ipsorum, prout melius et commodius poterit augeat, et in expiratione Arendae, praefatae communitati Collegij maioris reddat et tradat. Suppletilemque totam domesticam, sive inventarium, et auctionem in expiratione arendae, reddere tenebitur. Postremo aedificia praedij, vetera ne destruantur, aut labantur, ut suis proprijs sumptibus provideat et reparet. Nona autem ad extenuationem summae nulla faciat, absque requisitione et consensu communitatis. Reliqua autem omnia pro villae et praedij commoditate, iuxta communem Arendarum consuetudinem, et formam in statutis Regni descriptam faciet. Quae quidem omnia et singula se praestiturum bona fide, et pro amore suo debito erga communitatem, praefatus Dominus Doctor Martinus Pilsnensis suscepit, et manus suae scripto se obligavit. Actum in Communi Hypocausto Collegij maioris convocatione super hac re habita. Anno et die quibus et supra.

Quae quidem Conclusio, per Dominos Doctores et Magistros totamque communitatem Collegij maioris, in convocatione ad hoc facta, auscultata, et ab eis nemine condicente in omnibus clausulis, et conditionibus ac punctis approbata Anno eodem die vero secunda Decembris.

Conclusio de dispositione Collegiaturae Thrath: novice.

Anno domini Milesimo, Quingentesimo, Septuagesimo sexto, Die vero vigesima nona Martij; Rndus Sacrae Theologiae Doctor Martinus Pilsnensis Canonicus Crac.

Exequutor.

144 145

Exequutor testamenti, Rx̃di olim Sacre Theologie Doctoris, michaëlis de Pisurga, etiam Canonici Crac. propria expensa facti, ex successionis suorum quarumcumque regnorum, in villa et predio Thratzmowice fundo, Altaris Sancti Bartholomei, in Ecclia cathedrali Cracouiensi, sub organo sita: et pro collegiatura certa Collegij maioris micrispecti, magnum determinata possessoribus, prolixe fieri. Qui seminationes Hyemales in primo anno sue possessionis, percipere non possunt. Sed requisitum est eis in sequentem annum usq expectare. Et si vir vidue propria pecunia, ipsam habuerit, mariti et ipsi viuere, et familiam cum pecoribus, si quos habuerit, in predio habere voluerit, alteri: si vero pecunia caruerint, cuiusmodi presbio minores, quam equum fuerit, coacti sunt, quibus merito arandare compelluntur. Ad summam igitur hunc errorem valde damnosum ab memorabili ipse mitigauit. Et ipsius Testatoris et sua pecunia, modernus ipsius collegiaturus, et altaris Sancti Bartholomei, de fundo predicto Thratzmowice possessori: Venerabili viro Andree Brestnico Ecclie Sancte Crucis Crac. Decano, et ipsius altaris alias singuli, in eius collegiatura et altaris ipse sunt possessoribus numerauit et effectu dedit, ninguaginta marcarum grossorum pecunie, monete eiusdem pecuniat. Ni qualibet computando quadraginta octo grossos. Subijs quos sequentem conditionibus primo et in anno currenti millesimo quingentesimo nonagesimo sexto, festo Hyemis futura tenuimur bene diligere et sufficienter, de cumulo bonorum mobilium boni et fundi, ville Thratzmowice ejus, seminibus fertilissimis, et tritici: alias et in anno et termino sequenti millesimo quingentesimo nonagesimo septimo festo Hyemis futura, et sic deinceps de anno in annum, et termino in terminum, et ita perpetuis temporibus, et successionibus, et semper consuetudinem boni et fundi ville Thratzmowice, reliquos agros assignabiles fructus, omnium generi et seminij seu seminis. Denique quolibet primus pretactum Collegiaturam, cum altaris ejusdem libere dimittere, et resignare tenebitur, tam moderni possessoris, quam ipsius et ejus successoribus, ante missam tamen Hyemalem, quarum ipsius et seminationis, et seges in ea proueniendis collocationem, ad festum Purificationis gloriosissime virginis Marie solitum, vacua et contigerit: futuri ejusdem seminationis et collectionem tertiam: tamen ipsius quam Hyemalis media pars ad predictum ipsius vel predecessorum suorum cum ex equis bonis testamentis fiet

ex hac

146

exhibendis: medietas vero religui parti ad possessorem ipsius
bis, propter expensas predictas in agris extollendis, et posse-
ris simplum in legitimis dominicis fructus. Quod si vero emulu-
gde eccles collegiatum, ad altari et fundo ipsi annexis, per
cessu vel decessu modernj possessoris, vel propter fructus secun-
ipsius variare, post collectionem fructuum omnium de messibus acquisi-
Hyemalis, quam estivalis seminationis fuerint: sunt pos-
decessor qui collegiatus fuerit, sive successor, medietas tritici
quatuor granorum omnis generis, tam hyemalis quam estivalis
boni, et ad seminandum competentis, tantae mensurae grandis
sufficere debet, cum granularium agrorum, sunt seminandorum,
et consuetudinem, perticarum et consuetudinum regionum.
Religuum vero fructuum tam hyemalium quam estivalium,
praedictus rector liberi habeat, et pro suo arbitrio disponat. Stra-
minibus cum palearum, et calamorum aliorumque pro
foderandis agris, et agricolarum instrumentis, possessori fu-
turo et ipse relicti. Quod si aliquem casu dominus permisso,
vino annos continuos esse plures possessores, et successores
ejusdem collegiatae ecclesiae ipsi annexi: tunc nos obli-
gamus hinc et discordiae inter ipsos exortam alias decimas collegiatae
ecclesiae solvere quandocumque: ad regressionem tunc fructuum possessori, vene-
rabili communitati Collegii majori, negotium examinandum, et determi-
nandum contradictionis, cujusmodi negotiorum quaestionibus quibuslibet
quorumcumque contradictionis et praemissorum, pro bono unanimiter et de-
mandato, praefatae Collegiatae ecclesiae et nobis papyraceo de-
scripsit: praefati Domini. Do. Sac. martinus Pilsnensis, et
gnulus, nec Andreas Brecinius possessor, pro ipsius
majori fidei studia, manibus propriis subscripserunt: et
in hiero confirmationis firmiorem et fidei subscripsimus sunt.
Petierunt a venerabili communitate, ut explari, subscripti et
approbari, in omnibus punctis et clausulis ipsius, nunc et
in perpetuum duraturis. Et venerabilis communitas, ut quod
omnes unanimiter, omnes approbant, decernit confirmandum
per praepositum domum, ipsa cujusmodi negotia quaestionis
quae anno Domini vero secundo mensis Aprilis, indictione
septimadecima in stupida ad pulsum campanae sacra.

ex bo.

ex bona deliberatione, et contractus atque conditionum ipsius diligenti examinatione, conclusum est: ut talis conclusio in eadem convocatione, ex scripto manibus comprehensum subscripto auscultatus, habeat vim et robur perpetuae firmitatis, decreto hoc totius communitatis mediante.

D. Martinus Pilznen Canc. Cracovien. et Executor testamenti ut supra manu propria subscripsit

Mgr Andreas Brzezini, collega maioris collegii altaris praefati et fundi Cracoviae possessor manu propria subscripsit

Conclusio de piscina in fundo Bronovice

Per Rndum Doctorem Martinum Pylsnensem effodienda

Anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, die vero quinta mensis Aprilis. In praepositura Mgri Pauli a Lodzia, convocatione facta Dominorum Doctorum, et magistrorum: ad constituendum et determinandum aliquid de piscina effodienda: et de domunculis aedificandis in fundo Bronovice, sub poena non condicendi. Rndus Mgr Sacrae Theologiae Doctor Martinus Pylsnensis, eiusdem fundi et praedii praedicti Arendator, coram venerabili communitate asseruit mentem suam, se velle proprio aere, ac sumptu effodire piscinam in fundo Bronovice, et domunculas quasdam aedificare. Utilitates futuras esse, inde, cum communitati, tum etiam Arendatori magnas ostendens. Quibus de rebus cum Doctores, atque Mgri breve ac diligenter deliberassent, ex consensu omnium, uno tamen excepto, concessum est, atque conclusum: ut Rndus Doctor, Martinus Pilsnensis, et hanc piscinam effodiat, et domunculas proprie aere aedificet

et. Sub ijs tamen conditionibus, quae sequuntur. Primo usum pisci-
nae ad decem annos, nicluso hoc praesenti ut habeat: id quae ra-
tione expensarum quas pro effodienda piscina fecit: post expi-
rationem vero decennij piscinam integram agello valatam, et cum
piscibus communitati reddat. Domunculorum vero usum
ut habeat, iuxta inscriptionem Arendae, hoc est, ut ab Anno
Millesimo, quingentesimo, Septuagesimo sexto, usque ad
Annum Millesimum, quingentesimum Septuagesimum nonum, te-
neat possideat, et usum fructus capiat. Post triennium ve-
ro unam cum fundo venerabili communitati, in manus tra-
dat: ita ut liberum sit ei cuicunque, ex Dominis Doctoribus
atque Magistris, arendare: et reliqua omnia pro piscinae
atque domunculorum commoditate faciat. Quae quidem omnia
et singula se praestiturum bona fide, et pro amore
Jesu debito, erga communitatem, praefatus Rndus Dns
Doctor Martinus Pilsurusis suscepit: et se adimpleturum
promisit. Actum in Hypocausto communi, collegij
maioris, convocatione super hac re habita. Anno et
die quibus et supra.
Quae quidem conclusio, per Dnos Doctores et Ma-
gistros, collegij maioris in convocatione ad hoc facta
auscultata et ab omnibus approbata. Anno eodem
die vero vigesima octava Maij

Conclusio de officio Fiscariae providendo vacante per cessum Fiscarij ex collegiatura.

Anno Domini, 1578. Die vero ultima mensis
Januarij in praepositura Venerabilis Magistri Pauli
a Lodensis convocatione secundum consuetudinem
per schedam totius communitatis, Rndorum et Venerabi-
lium Dominorum Doctorum et Magistrorum ad pulsum campanae

150. facta, ad providendum officium Fiscariae domus, vacans
sub poena prout diligit quisque bonum commune et non con-
cendi. Ex matura itaque et diligenti deliberatione, et
unanimi consensu Rndorum et Venerabilium, Dominorum Do-
ctorum et Magistrorum conclusum est. Quandoquidem constet
ex procuratorio mandato Venerabilis Magistri Melchioris
Scrivensis, per Venerabilem Magistrum Josephum Vredovium, nitere
legitime, nomine principalis sui exhibito, eundem Magistrum Mel-
chiorem Scrivensem, post pacificam possessionem Canonicatus
Ecclesiae Cathedralis praemisliensis, cui officium concionatoris ibi-
dem annexum est, de iure patronatus et collatione Universi-
tatis accepisse: ideoque collegiatura, et ipsi annexa, per eun-
dem M. Josephum Vredovium mandatarium et procurato-
rem suum resignasse: de Fiscariae officio, quod existens
collegiatus administrabat, vacante, ita providendum esse
decretum est. Ut officium communitatis eandem Fiscariam continuat
ad Festum Sancti Joannis Baptistae pecunia et impensis com-
munitatis: eadque quam primum collecta fuerit, ex cen-
sibus Fiscariae anni praecedentis communitati restituatur: re-
liqui autem census qui ultra pecuniam communitati restitutam
supererunt, per Magistrum Melchiorem Scrivensem, aut procu-
ratorem et mandatarium ipsius, si damnum ni suis expen-
sis pati nolit exigantur. Ad Dominicam autem diem pro-
xime imminentem Invocavit appellatum Magister Melchior Scri-
vensis, per se vel procuratorem suum chyrographa super
quinquaginta florenis pro lignis emendis deputatis; et

150

triginta talaris antiquis, pro expensis Discariae assi:
gnatis Comunitati data, redimere, et praefatam pecuniam
persolvere, et fidem suam obligatam liberare tenebitur.

Auscultata et approbata, per co:
munitatem in convocatione 18 die
Februarij habita anno quo supra.

CONCLVSIO DE ARENDA BO:
norum fundi Bronouice Rndo Patri Domino Do:
ctori Martino Pilznensi Craccouien et Wratisla:
uiensi Canco etc pro sequenti triennio.

Anno Dni Millesimo quingentesimo septuagesimo octauo die verò
quindecima mensis Septembris, in Praepositura Magistri Petri Slouacij
data fuit conuocatio more solito ad deliberandum et finaliter co:
cludendum super Arenda ad futurum triennium villae Bronouice,
fundi prebendae Ecclesiae Collegiatae Sancti Georgii in Castro Cracc.
iurispatronatus Collegii Maioris et Vsusfructus mensae eiusdem, cum
appropinquabat expiratio arende, Rndo patri Domino Doctori Mar:
tino Pilznensi eiusdem praebendae possessori antea ad librum Conclu:
sionum domus inscriptae. Ex matura igitur deliberatione
et vnanimi omnium consensu conclusum est vt eadem villa et
praedium cum ipsorum omnibus redditibus, fructibus et emolu:

mentis tercio locaretur et in arendam daretur ad triennium proxime futurum quod incipiet à festo Circumcisionis Domini in Anno Millesimo quingentesimo septuagesimo nono et terminabitur simili festo Circumcisionis Domini in principio Anni Millesimi quingentesimi octuagesimi ~~primi~~ secundi. Rndo Patri Sacræ Theologiæ Doctori Martino Pilznensi, sub istis quæ in proximi triennij arenda descriptæ sunt conditionibus. Quæ quidem omnia et singula se prestiturum bona fide et pro amore suo debito erga Vnabilem Communitatem prefatus Rndus Dominus Doctor suscepit et in libros Conclusionum inscribi postquam hæc Conclusio auscultata fuisset permisit. Actum in Communi hypocausto Collegij Maioris. Anno et die quo supra.

Ad Arce: positus correxit

Auscultata per Dominos Doctores et Magistros totamque Comunitate Collegii Maioris in Conuocatione ad hoc facta et nemine condicente in omnibus approbata. Anno eodem Die vero Nona Octobris

CONCLVSIO DE DISMEBRATIOE

Altaris in Arce Cracs. fundati, Tituli S. Erasmi ac Regis Sigismundi &c.

ANNO DOMINI Millesimo quingentesimo septuagesimo septimo: DIE vero XX Mensis Januarii: in Prepositura Magri Anzelmi Bodzentinii atque in Conuocatione Seniorum Patrum Maioris Collegii Cracs. more consueto celebrata: ex vnanimi omnium votis et consensu sub rati habitione et approbatione tamen Rmi Dni Loci Ordinarii

est conclusum ac decretum. Ut quicunque Altarista pro tempore possessor existens Altaris Tituli Sancti Erasmi Epi et Martyris ac Regis Sigismundi, Ministerii secundi, in Ecclia Cathedrali Crac. in choro ante corpus christi siti: ex eiusdem Altaris annuis censibus, quos iuxta erectionem et dotationem illius de fodinis salis seu Zuppis Bochnensibus et Vielicien. percipit et percipere consueuit: sedecim marcas peccuniae, numeri et monetae Polonicalis, quadraginta octo grossos in qualibet Marca computando: in usum et ad mensam Maioris collegii dabit et conferet singulisque annis numerabit Fiscario predicti collegii pro tempore existenti: quatuor vero residuas Marcas numeri et Monetae predictae pro se ipso accipiens Missas tres in qualibet septimana secundum erectionem Altaris predicti designatas et expressas: aut per seipsum leget et absoluet, aut per idoneum substitutum: cui pro posse de hisce marcis quatuor praemium dare erit astrictus. Hunc autem censum predictum Fiscarius pro tempore existens singulis annis exigere ex Zuppis tenebitur. Quae quidem dismembratio et diuisio census predicti de consensu Vnabilis viri Iozephi Vrzendouii Sacrae Mgri et Maioris Domus Collegae, et predicti Altaris possessoris est facta: et praesens decretum in eius presentia est promulgatum: cui neque ipse Dnus Iozephus Vrzendouius, neque caeteri Altaristae contrauenire audebunt sub poenis in statutis descriptis. Actum Anno, Mense, Die, et Loco quibus supra.

Conclusio de Purgandis Caminis ante commutationem hyemalem.

Anno domini 1581 die vero 13 ~~Martij~~ Januarij in conuocatione dominorum Doctorum et Magistrorum domus maioris, per Magistrum Ioannem Cochlerum Sczemen., eiusdem Collegij Oppositum facta; unanimi consensu, omnium Doctorum et Magistrorum, conclusum est, ut

est

154. et singuli domini doctores et Mgri domus
Maioris curent purgationem camini habi-
tationis propriae semel in anno, ante com-
mutationem hyemalem, sub poena .6. grossorum
irremissibiliter iudicio domus solvendorum. Idque
ipsi fortuitu casu, qui .6. die eiusdem Men-
sis superius nominati, non sine magno
et gravi periculo totius Collegii et incolarum
in habitatione eiusdem dni Ma-
gistri, acciderat.

Auscultata et approbata
per communitatem.
ut supra.

Anno Dni 1580. die vero 19. Septemb. in prae-
positura M. Andreae Zielienskij facta convocatione D. Docto-
rum et Magistrorum ad conferendam Praebendam seu Cancellariam
S. Floriani vacan. post decessum Vnbilis et Egregij viri M.
Stanislai Marrenij. M. Stanislaus Curzelovius Possessor
Tradhnowicze petijt sibi reservari locum et ascensum ad
eandem Praebendam S. Floriani. Qua de re cum Dni Doctores
et Mgri deliberassent, ex vnanimi consensu, eidem, cum interim
non esset habilis propterea quod non erat actu laborans
his conditionibus conservatis. Prima vt si habilitet ad sac-
cos ordines. Secunda vt omnia adempta sive prata sive agros
curet recuperare, terminos diligenter tueatur, nec termi-
nos Juris aliquos intermittat contra Bieskij: M. Stani-
slao Curzelovio locum et Ascensum, ad Praebendam seu Ca-
nonicatum S. Floriani concesserunt et reservaverunt.
In eadem Convocatione M. Andreas Zielienskij
Plebanus in Zielionki, ex certis causis petijt sibi locum
et Ascensum ad eandem Praebendam seu Cancellariam S. Florian

reseruari. Qua de re cum Dni Doctores et Mgri deliberas:
sent ex vnanimi consensu, eidem M. Andreae Zielienskij locum et
ascensum ad Praebendam seu Cancatu S. Floriani concesse:
runt et reseruauerunt. Sub conditionibus adiectis. Prima. vt
in meliori Conditione. Plebanatum relinquat. Secda. vt in
Semestri graduum Baccalaurus in S. Theologia curet suscipere.
Tertia. Si ex re videbitur, domunculam paenes Piscinam aedificet.
In eadem Conuocatione. post decessum. M. Stanislai Marrenij
collata est Praebenda seu Cancatus S. Floriani. M. Nicolao
Gizwienscio sub conditionibus. Prima. vt oes ordines consequen:
tibus quartualibus, nullum intermittendo suscipiat. Altera. vt in
semestri gradum in S. Theologia Bacc. curet suscipere.
In eadem Conuocatione. Post liberam resignationem vnbilis
Dni M. Nicolai Gizwienscij Cancatus S. Annae. M. Stani:
slaus Squirnouius, petijt sibi reseruari locum et Ascensum ad
eandem Prabendam seu Cancatu S. Annae. Qua de re, cum Dni
Doctores et Mgri deliberassent ex vnanimi consu, eidem M.
Stanislao Squirnouio locum et Ascensum, in loco in quo petijt,
hoc e. An. M. Joannem Sremenus immediate ad Praebendam
seu Cancatu S. Annae concesserunt et reseruarunt.

Item in praepositura M. Stanislai Curelowij

Anno dni 1581. die 18 May in Conuocatione domus ad hoc facta
Mgr Ioannes Wielogorscius dum discederet ad munus Pdicandi
ad Magnificum Dnum Joannem Zamoyski Regis Cancellarium
petijt Comunitatem vt seruetur sibi locus et ascensus ad maius
Collegium in ordine suo, in qua quidem Conuocatione conclusum est.
vt habeat hoc quod petit. ita tamen vt onera ac labores Ac:
cademiae per alium absoluat et in illo loco ad quem vocatur tu:
eatur dignitatem et honorem Accademiae et bonum eius promo:
ueat quod se facturum libenter policitus est.

Conclusio de Arenda bonorū Bronowicze.

Anno Dni. 1581. Die 22 ~~secunda~~ Mensis Septembris, in Prepositura Magistri Stanislai Curelovij in Convocatione super hoc data, expirante Arenda bonorum Bronowicze functi prebendę S. Georgij in Arce Cracov. Juris Patronatus Collegij Maioris et usus fructus Mense eiusdem. Ex unanimi consensu oīm Dnorum Doctorum, et Magistrorum Conclusum est, ut predicta bona cū predio et ipsorum redditibus fructibus et emolumentis locarentur. Rndo Patri Sacrae Theologiae Doctori Martino Pilznensi in sequens triennium quod quidem incipiet a festo Circumcisionis Dni. in Anno Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Secundo, et terminabitur in simili festo Circumcisionis Dni, in principio Anni Millesimi Quingentesimi Octuagesimi Quinti, idq sub ijsdem conditionibus, put superioribus Annis idem Rndus Pater tenuit, et quae in superiori Arenda descriptae sunt, quas quidem omnes et singulas conditiones se servaturum p amore suo debito erga Venerabilem Communitatē Praefatus Rndus Dnus Doctor suscepit: et in Libros Conclusionum inscribi permisit. Actum in Comuni Aliocausto Collegij Maioris. Anno Mense Die quibus supra.

Conclusio de reservatione Canonicatus S. Floriani in Clepars. Sn: Stanislao Curelovio facta,

Anno Dni 1582 Aprilis 20. In Prepositura Sn: Josephi Thomae Vredovii, Facta modo debito Convocatione Rndorū dominorū Doctorū et Magistrorū, ad conferendū Canonicatū vacantem post mortem, Venerabilis olim dni Sn: Andreae Tropeni, Sn: Stanislaus Curelovius Possessor villae Trudnowycze, petiit sibi reservari locū, et assensū ad eūdē Canonicatum S. Floriani in Clepars, Qua de re, cū dni Doctor

res et Magistri deliberassent, ex unanimi consensu eidem do Mi:
Stanislao Curetonio, ad praedictum Canonicatum, totum et ascensum
an Mi: Andreae Zietienskij concesserunt, atque reservaverunt
his tamen conditionibus, ut praedictus Mi: Stanislaus Curetonius
primo habilitet se ad sacros ordines suscipiendos, quod fa:
cere non potest, nisi prius omnibus superstitionibus Astrologicis re:
nunciet, Deinde dispensationem a summo Pontifice, vel ab illius
Legato habeat ut illi sacerdoti existenti, liceat exercere ar:
tem Medicam, Praeterea, ut omnia adempta a bonis ville Bro:
nowicze, sive agros, sive prata, sive sylvas, curet rempe:
rare, terminosque possessionis eiusdem diligentissime tueatur
maxime Vestrae dominum Christij qui bona illa semper dimi:
nuere curat,

Arenda renovata praedii Bronowicze.

Anno Domini 1584. die vero 18 mensis Novembris in
Praepositura Rndi D. Joannis Virlicii, Convocatione
speciali facta post expirationem spacii triennalis an:
norum arendae Bronowicze functi S. Georgii in Castro
Crac. Ex unanimi consensu omnium Dnorum Doctorum
et Magistrorum conclusum est. Ut praedicta bona cum prae:
dio, et ipsorum redditibus, fructibus et emolumentis lo:
carentur Rndo Pri. S. T. D. Martino Kilsueu Canonico
Crac. in sequens triennium, quod incipiet à festo Circum:
cisionis Domini in Anno Domini 1585. et terminabitur
in simili festo Circumcisionis Domini in Anno Domini 1587.
Ex summa pecuniae monetae et mui Polonicalis flor.
780. Ita ut pro primo anno 1585. cedat flo: 250.

157

158. In duas ratas. Pro secundo 1586 flore: 260. etiam in duas
ratas. Pro tertio 1587 floreni 270 etiam in duas
ratas in pa Arenda specificatis. Conditionibus tamen
servatis superioribus annis in praecedentibus arendis de-
scriptis. Caetera benevolentiae et beneficentiae erga ve-
nerabilem Comitatem Collegii eiusdem quo ad auctio-
nem summae pro auctis et augendis proventibus commi-
serunt. Quas omnes et singulas conditiones se servatu-
rum pro amore suo debito erga venerabilem Comitatem
praefatus Rndus Doctor Martinus Pilmen suscepit, et
in libro conclusionum inscribi permisit. Actum in Comi Sy-
pocausto Collegii Maioris. Anno et die superius expressis.
Auscultata est haec conclusio per Comitatem et approbata
die 14 Decembris. in Anno Dni 1584.

Anno Domini. 1.5.8.6. die vero. 4. Februarii in Praepo-
situra Rndi Pris Stanislai Pincenii S. Theologiae Doctoris et
Professoris, convocatione facta Dominorum Doctorum et Magrorum
ad conferendum Prabendam seu Canonicatum S. Floriani, post libe-
ram resignationem V. M. Josephi Urzedovii, post assecutio-
nem Praepositurae S. Annae una cum Plebanatu in Corcin
sub poena carentiae et non contradicendi. M. Stanislaus
Squiernomen per suum procuratorem. M. Andream Zielenski
cui in re vocationis et senii debebat Canonicatus S. Flo-
riani, petiit sibi reservari locum et ascensum ad eundem
Canonicatum a Publi Comitate Maioris Collegii ut Pa-
tronis veris eiusdem. Libere interim sibi permitti conque-
m. Adamum Urzesnen ad eundem Canonicatum. Quae de re dum
Rndi Pres et Publus Dnus Mgri et Doctores deliberassent
ex unanimi consensu, eidem locum et ascensum ad M. Ada-
mum Urzesnen concesserunt ac reservarunt. His tamen con-
ditionibus adiunctis. Prima ut V. D. M. Stanislaus
Squiernienius dispensationem habeat accipiendi sa-
cros ordines, a Loci Ordinario vel a Legato summi
Pontificis. Ac primo iam sit constitutus in sacris or-
dinibus Maioribus, quam petat sine Canonicatum S.
Floriani

158

In eadem Convocatione M. Petrus Slovanius
petiit sibi quoque reservari locum de ascensu
ad omnes Canonicatus S. Floriani cum M. Ada-
mo Vetesnero. Post deliberationem, eius conce-
serunt locum et ascensum. His tamen conditionibus ad-
iunctis quemadmodum et M. Stanislao Squierni-
nio in hoc observatis.

Arenda bonorum fundi Bronowycze Rdo viro Dno
And: Zielinski S. Theol: Bacc. et Sententia

Anno Dni 1588 Die 22 Novemb. Praeposito V. viro
Dno Nicolao Cochowski facta convocatione Dnorum Doctorum
et Mgrum Maioris Collegii per praepositum domus eiusdem ad
finaliter determinandum de fundo Bronowycze, praeterquam quisque diligit
bonum locum et sub poena non conducendi: In qua quidem convo-
catione unanimi consensu eandem villam et praedium cum suis redditibus
fructibus et emolumentis omnibus Rdi et Venerabili D. Doctor et Mgri
locarunt et in arendam dederunt ad triennium, quod incipiet a
festo Circumcis: Dni in anno 1588 et terminabitur pro simili festo
Circumcis: Dni in anno 1590 inclusive, Venerabili viro D. M. And:
Zielinski S. Theol: Bacc. et S. Floriani Canonico confratri suo
sub istis quae sequuntur conditionibus.

Primum. In singulos annos Venerabilis D. Arendator supernominatus
Venerabilis Comonitus Maioris Collegii quadringentos florenos numeri Polonici
Jac interposita cautione quod pro anno praesenti 1588 quo bona
illius villae militum rapinis distracta sunt trecentos florenos pensurus est.
Ita ut ducentos ex his pro emptione pecorum vidt Vaccarum, Sedecim
Ovium 16 Anserum 16 gallinarum quantum opus fuerit: item pro
aedificiorum restaurationis, agrisque conserendis convertat. Reliquum
vero Centum florenorum duabus ratis quinquaginta florenos pro rata S. Georgii, quinquaginta
vero pro festo S. Galli. In sequentibus autem vidt 1589 et 1590
Venerabilis Consonitus maior collegarum pro duabus ratis similiter singulis
annis pro rata S. Georgii ducentos florenos pro altera vero, festo

160 Galli 200 similiter florenos, mon et nunc polon. Deinde sub-
misit se singulis annis rapar senos coretos, item nasporum
aliarum marellas senos coretos. Cepar binos. petroselini binos
Praeterea Idem Arendator limites sylvamque et alia quae ad fundum
villae Bronowicz dictae Nyemieczkie pertinent debebit tueri et
integra conservare. Loco vero prandii diebus Canicularum
venerabilis Commonitor apparari soliti promisit se porcos alturum
et bene lagunatos pro festo S. Thomae singulis annis
V. Com. offerret. Pro convehendis quinque lignorum
struibus V. Commonitor opera subditorum conveniet. Idem
Arendator fundi piscinas, complebit piscibus et eadem
in exspiratione Arend. V. Com. completas et inpiscatas reddet
Subditos laboribus mensuratis non onerabit, quibus appellationem
ad V. Com. in suis causis concedet, maiorem vero mulctam
quam gr. 15 non extorquebit. Si quid autem poenam
nominatam excesserit V. Com. offerret vel officio domus.
Capones dationales a subditis omnes tradet, in Commonitorio
venerabili tempore assignato, excepto hoc anno quo liber est
ob depredationem militarem. Caetera benevolentiae erga
venerabilem Commonitorem collegii eiusdem quoad auctionem summae
pro auctis et augendis proventibus commissa est. Quae
omnia et singula pro amore suo. V. D. M. Andr. Zielinski
se diligenter servaturum V. Com. promisit.

Auscultata et approbata
per vestrum Commonitorem
Ipso m. Rosso Pob.

De trecentis florenis in vsum Fiscariorum Maioris Collegij donatis

Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo Nono die vero sexta mensis Aprilis facta est Conuocatio Communitatis Maioris Collegij hac serie verborum Rnde domine Doctor et Mgr venerabilis adsit D. vra hodie hora vigesima in stuba communi maioris Collegij dum signum campana datum fuerit ad audiendam intentionem et postulationem Reuerendi domini Stanislai Crasznsky I. V. D. Archidiaconi Cracouien Scholastici Gnesnen Custodisq Plocensis pro vtilitate eiusdem Communitatis conceptam et de eadem deliberandum atq finalr concludendum. Sub pœna non contradicendi & pro ut diligitis bonum commune Detur omnibus Doctoribus et Mgris Collegij maioris. Ex parte Præpositi domus. Qua conuocatione ex vnanimi omnium consensu conclusa sua Rnda D. ad eandem venit et suam intentionem atq postulationem deliberate atq diligenter conceptam ita explicauit

Rndi et Venerabiles domini memor ego meæ iuuenilis institutionis in moribus honestis et studiis liberalibus olim in Vniuersitate alma Cracouien acceptis: nec immemor debiti mei pro Vniuersitatis bono ad quemcumq statum peruenirem promouendo: neq ignorans Collegium hoc maius esse seminarium reliquorum Collegiorum et Facultatum eiusdem Vniuersitatis illudq pro temporum iniquitate ac processus iuris sumptuosa prolixitate exactione censuum et prouentuum difficultate maximopere grauarci et debitis onerari in omnibus quidem communiter sed specialr in offo Fiscariæ appellato. Quod dum sustinent in ordine et vocatione sua no

uiter

Fiscariorum

uiter ad hanc Venblm Communitatem adsciti omnes facultates suas
nedum propriis laboribus dum essent in Minori Collegio acquisitas, verū
etiam ex patrimoniis ad ipsos deuolutas expendunt eisq; deficientibus
debita tam apud domesticos pro charitate fraterna quam apud extrane:
os cogente necessitate contrahunt. Quibus tandem distracti et impediti
ad professiones suas debitas pro bono et splendore Vniuersitatis negli:
gentiores esse atq; interdum metu eiusdem Fiscariæ Vniuersitatem de:
serere coguntur postquam commoditatis aliqua occasio sese ipsis ob:
tulerit. Huic igr incommodo ipsorum succurrere et damno Vni:
uersitatis occurrere ego volens bonumq; opus operari dum mihi adest tem
pus ipsemet satagens hanc intentionem meam serio præhabitā et
mature apud me conclusam D. Vris in medium profero. Dabo flo:
renos trecentos in moneta Polonic eidem Venerabli Communitati
in subsidium eiusdem Officii onerosi quod Fiscariā appellant

His tamen conditionibus

Primum vt me tam viuum quam defunctum in orationibus suis
publicis et priuatis inter benefactores suos diuinæ clemētiæ comenda
tum habeant sit in pace aeterna
Deinde vt hæc pecuniæ summa præfata non in quemuis alium vsū
cedat quam ad officium et onera Fiscariæ perpetuo subleuanda
Postremo vt Venerabilis Comunitas ex eadem summa trecentorum flore:
norum Fiscario pro tempore existenti vel Fiscarijs simul aut successi:
ue existentibus subsidii tantum det, quantum illi visum fuerit et ne:
cessitas exegerit: ne sequentes Fiscarij eadem subsidiaria cōsolatione
destituantur diligenter prouisuri. Hic vero Fiscarius qui subsidium
aliquod

aliquod ex eadem summa perceperit Chirographum dabit, super eodem, Officio domus ad cistam Comunitatis illud recepturus subsidio restitu: to ysi ex eadem suma concesso

Unusquisq; autem Fiscarius ex summa præfata subsidium acceptu teneatur et sit astrictus post decursum si prius fieri non poterit Fiscariæ suæ annuæ illud ipsu restituere exactis et perceptis censibus et prouentibus Fiscariæ suæ. Quod si tunc posito aliquo impedimento eos: de exigere non poterit: ex tunc anno immediate sequenti diligenter et absq; cunctatione quauis per singulos terminos iuris nullum præter mitten do exigere teneatur et restituere propter subsidiariam consolationem in eodem offo Fiscariæ sequentium participanda Sub pœna arbitraria per Venerabilem Comunitate in ipsum decernenda et exigenda

Si autem tempore Fiscariæ a professione et Collegiatura aliquis siue per cessum siue per decessum moreretur curet Vnblis Communitas vt ex an: no gratiæ prouentibus obuentionibus et suppellectili eius præ omni: bus alijs quibuscunq; debitis et legatis hoc primu principalr totu esse persoluendum et caueat ne vnus omnibus sit detrimento in præiu: dicium ipsius Comunitatis et Fiscariorum illius. Ideoq; primarij ysi: us debiti persoluendi primum recipiens subsidium ex eadem summa in Chirographo in cistam officij reponendo mentione faciat

Super quibus omnibus et singulis præmissa vt moris est delibe: ratione responsum sibi beneuolum dari sua R. D. per aliquos de nu: mero nostri postulauit. Cumq; hic dicendi finem fecisset et reposita ad mensam pecunia ad discedendum a Conuocatione se compararet Rndi patres et Mgri qui tum aderat singulatim suæ Rndæ. D. pro tanta munificentia & beneficio singulari gras egerut

&

 et deliberatione diligenti praehabita omnia et singula per suam
R. D. proposita libenter se accepturos receperunt et curam atq; solici-
tudinem suam ijs semper adimplendis obtulerunt Et per deputatos am-
plius offerre polliciti sunt. Atq; ita vbi Maiori domo sua R. D.
exeuntem plerique honorifice prosequuti esset omnes discesserunt et
pecuniam Judo domus et Fiscario numeranda comiserunt numera-
tamq; in scrinio publico Praepositi et Consiliariorum reposuerunt
Quapropter Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo
Nono die vero septimadecima Maij facta est conuocatio Comuni-
tis Collegii maioris hisce verbis Rnde Dne Doctor et Mgr
Venerabilis adsit D. vra hodie hora 18. in hypocausto Comuni do-
mus maioris dum signum campana datum fuerit ad constituendam
de pecunia qua Rndus dnus Stanislaus Crassinski Archidiaconus
Crac. etc. Fiscariis maioris domus opem tulit et ad deliberandum
de conditionibus hac de re a sua R. D. propositis et ad alia quae per
Praepositum proponentur tractanda Sub poena non contradicendi et
vt diligitis bonum Comune. Detur omnibus dominis Doctoribus ac
Mgris maioris Collegij Ex parte Praepositi domus eiusdem
Qua Conuocatione vnanimi consensu conclusa consilium voluntas et
conditiones a sua R. D. propositae recitatae sunt ex scripto ita dal-
uo et nitegro vt a R. D. ante oblatum et hic paulo superius ad ver-
bum descriptum est. Quo tempore Venerabilis Coitas cu Rndi
Dni consilium grauitatis et prudentiae plenum intellexisset: deinde
egregiam in Coitatem et professores maioris collegij voluntatem non
verbis sed dono singulari comprobatam recognouisset. Conditiones de-
niq; sapienter ad diuturnitatem beneficij et memoriae sepiternita-
tem

tem constitutas iudicauisset et tam perfectas vt demere addere mu-
tare omnino superuacaneum videretur: primo quidem loco Dnō DEO
quod alienissimo tempore tantum Academiæ patronū suscitauisset im-
mortales egit grās: secundo omnia et singula vt scripto illo cōtineba-
tur siue de voluntate et cōsilio siue de cōditionibus omniū vno ore et cō-
sensu libenter suscepit atq; approbauit: suscepta et approbata in librū
publicum referri et describi monimentūq; confici mādauit. Quod
totum vt nomine Comunitatis suæ R. D. referrent Præpositū
alterum Consiliariorum et Fiscarium modernum legit. Quæ omnia
et singula Præpositus ex vnanimi omnium consensū cōclusit

Auscultata per D. Doctores ac Magistros
totamq; comunitatem Collegii Maioris in
Conuocatione propterea facta et nemine
contradicente in omnibus approbata Anō
eodem die secunda Junij. M Basilio
Colinio Præposito

Arrenda prædij Grammatica.

Anno dni 1590. Die vero XV Mensis Febru-
arij. In Præfectura Mgri Clementis Wielicij,
facta est Conuocō Comunitatis Maioris Collegij hac
serie verborum. Egregie dne Doctor, et Mgr Venera-
bilis, adesse velit hodie D. Vra, in hyppocausto Comuni
Maioris Collegij, hora XX, dum signum campana datū

fuerit, ad tractan̄ et finalr concluden̄, de arrenda prædij
Grāmatica dicti. Sub pœna non con̄dicendi. Et prout dili:
gitis bonum com̄unitatis ꝛc. In quaqdem Conuocōne, ex
unanimi consensu, tocius vn̄abilis com̄unitatis, p̄dium p̄fatū,
famato dn̄o Ambrosio Laslikowski Ciui Cracouien̄ arrenda:
tum ei com̄issum est, ad vitam illius, et filiæ ac Nepotis
eius, sub Censu et Conditionibus certis q̄ continent̄ in
Priuilegio, a vn̄abili Com̄unitate sibi concesso, et dato,
Cuiusquidem tenor de verbo ad verbum est talis.

Nos Præpositus, Doctores, Mgri, totaq̄ com̄unitas Maio:
ris Collegij Vniuersitatis Cracouien̄, Vniuersis et Singlis
quorū interest, aut interesse demū poterit, notū facimus.
Quia prædiū m̄rum circa Castrū Lobzow sittū, Grāmati:
ca vulgarit̄ nuncupat̄, in oībus ipsius limitibus antiqtus
constitutū, cum oībus p̄uentibus, ac vtilitatibus ipsius, nūc
et pro tp̄e, ex agris, pratis, piscinis, hortis, pomario,
singulis annis colligen̄, locauimus, dedimus, contulimus, atq̄ in
possessiōm aduitalem ex nūc tradidimus famato dn̄o Am:
brosio Laslikowski, Ciui, pellioniq̄ Cracouien̄, et Saccōri:
bus eius legittis, vgt, Honestæ Zusannæ filiæ ipsius,
et discreto Ambrosio Nepoti eius, ex filio eius Valentino
ciue Cracouien̄, sub his quæ sequuntur Conditionibus.
Primo vt domum ligneā, in area eiusd̄ prædij, loco ap:
to, et competen̄ ædificijs, ita construat. Stubā albā pro
hospitibus recipien̄, tum et Caminatā ex ea. Stubam
quoq̄ nigram pro familia, et rebus Oeconomicis. Int̄
vtramq̄ aut̄ Stubam, atriū sufficiēs, cum fornacibus,
caminis, membranis, scamnis, mensis, fenestris, fœnestra:

libus, seris, clausuris, adhuc omnia competentia, nec inde unquam
amovibilibus. Deinde propter pecora, et pecudes, commode conser-
vandum, aedificabit Sestar seu bovile. Et pro conservando fieno, aut
frumento, praeter acervos construet allodium. Pro suscipiendis
itinerantibus stabulum, pro sittuando Cervisia ad propinandum
cellarium aptum quantumcumque fieri poterit in loco paludinoso.
Pomarium augeat, et novum excitet, atque maceria circumdet.
Duo quoque stagna magna, piscinas, piscinulas, ad usum fru-
ctum quantumfieri poterit excollet, aggeres circumcirca, easque
ac fossas circumpratum semper reparabit. Canale quo ex flu-
vio Rudawka aqua in idem Grammaticae praedium defluit,
diligenter ita curabit, ne aqua aliquo alio defluat, et nobis
praedii eiusdem praetoris invidiam, et fundo nostro damnum con-
ciliet. Molendinum et Explanatorium, Slofarnia dictum,
ex artificum eius negocii peritorum consilio accepto extruet.
Quarumque Condicionum, et sumptuum non mediocrium intuitu,
hanc gratiam ipsi facimus et recompensam, ut dominus Ambrosi-
us cum suis successoribus praedictis eiusdem advitalitatis parti-
cipibus, per decursum annorum quindecim, tenebitur
annuatim solvere Census Marcas decem, Monetae et Nuri-
Polonicalis, in quamlibet grossos quadraginta octo com-
putandum, incipiendum eandem solutionem in Anno domini, Millesi-
mo, Quingentesimo, Nonagesimo, Primo, pro festo S.
Martini Pontificis, et sic consequenter. Post expirationem
vero eorundem quindecim annorum, tam ipsemet dominus Am-
brosius pre, quam successores praedicti advitales, numerabunt de-
inceps et solvent, ad extrema vitae suae tempora, singulis
annis Marcas viginti similis Monetae. Habebit tamen

praedicta Venabilis Communitas rationem Successorum et Consanguineorum ipsius dni Ambrosij legitimorum, maxime vero domum illius lapideam in platea Castren. Cracoviae, inter domos Dnorum Viccariorum Ecclesiae Cathedralis Cracovien. ex una, et honesti

Perusz Civis Cracovien. ex alta sitam inhabitantium, si post expirationem praedictarum advitalitatum idem praedium tenere voluerint, Censumque competentem (quem alij arrendatores solvere non denegassent) sibi impositum, sive eundem, sive maiorem suscipere voluerint. Praeter vero solutionem praedictam tenebuntur omnes ijdem advitales, totum praedium hoc Grammaticae, et aedificia eius diligenter providere, limites et caeteraque omnia integre et fructuose conservare. Censum quoque pro tempore ratione institutum, absque quavis tergiversatione tempestive reddere, sub rescissione Arrendationis advitalis, et annulatione ipsius, si et in quantum in aliquibus, vel in omnibus conditionibus praemissis, non satisfactum vel praetermissum quid fuerit. Quae rescissio et annulatio, si effectum merito sortiretur, licebit nobis citra quaevis impedimenta, idem praedium cum omnibus suis attinentijs, ita disponere et collocare, prout tunc melius ac commodius expedire iudicabimus. In quorum omnium fidem ac firmius testimonium sigillum nostrum maius sisce litteris imprimere curavimus. Actum et Datum Cracoviae in Collegio Maiori Universitatis Cracovien. die Sextadecima Februarij Anno dni 1590. Mutata haec arrenda in certis clausulis ut in alio folio videbis.

Anno Domini 1590 die vero sexta Septembris facta est convocatio Rndorum D. Doctorum et Mgrorum maioris collegij ad conferendum Canonicatum S. Floriani post decessum olim V. D. Mgri Adami Vresnen

168

sis S. Theologiae Baccalaurei, et ad alia si quae va-
care contigerit iuxta formam usitatam. Decretum est
ibidem a V. Collegio, ut M. Valentinus Fontanus
in Astrologiae professione perseverans habeat locum
reservatum ad canonicatum, iuxta ordinem vocationis
ad maius collegium, prout et in privilegio Astrologiae
cavetur. Venerabilibus vero viris D. Mgris, Basilio
Golinensi datus est Canonicatus S. Floriani et Mgro
Martino Szliachczinskij Plebanatus in Zielonkij ea
conditione ut uterque a proximo quartuali S. Crucis
sacros ordines gradatim assumat et ad sacro san-
ctum festum Paschae compleat.

Arenda Praedij Grammatica.

Nos Praepositus Doctores Magistri totaque communitas
maioris collegij universitatis Cracovien. Universis
et singulis quorum aut interest aut interesse demum
poterit notum facimus. Quia praedium nostrum circa
castrum Lobzow situm, Grammatica vulgariter
nuncupatum, in omnibus ipsius limitibus antiquitus consti-
tutum, cum omnibus proventibus ac utilitatibus ipsius
nunc et pro tempore ex agris, pratis, piscinis, hortis,
pomario singulis annis colligen., locavimus dedimus
contulimus atque in possessionem advitalem ex nunc tra-
didimus Famato Dno Ambrosio Iaslikowskij civi
pellionique Cracovien. et successoribus eius legittimis,
videlicet honestae Zusannae filiae cum primo ge-
neranda prole sive masculina sive feminina,
ipsius, et si praedicta Zuzanna sine prole deces-
serit discreto Ambrosio nepoti eiusdem Ambrosij ex
filio eius Valentino civi Cracovien. progenito, sub

169

his quae sequuntur conditionibus. Primo ut domum
ligneam in area eiusdem praedii loco apto et com
petenti aedificiis ita construat, stubam albam pro
hospitibus recipiendum tum et caminatam ex ea, stubam
quoque nigram pro familia et rebus oeconomicis. Inter
utramque vero stubam atrium sufficiens cum forna
cibus caminis &c. Deinde propter pecora et pecu
des commode conservandum aedificabit Bostar seu Bo
vile. Et pro conservando foeno aut frumento praeter
acervos construet allodium. Pro suscipiendis itinerantibus
stabulum, pro situanda cervisia ad propinan
dum celarium aptum quantumcumque fieri poterit in
loco paludinoso. Pomarium augeat et novum exci
tet atque maceria circumdet. Duo quoque stagna ma
gna piscinas piscinilas ad usum fructus quan
tum fieri poterit excolet aggeres circum circa eas
dem ac fossas circum pratum semper reparabit
Canale quo ex fluvio Rudawka aqua defluit
diligenter ita curabit ne aqua alio defluat et
nobis praedii eiusdem patronis invidiam et fundo
nostro damnum concilet. Quarum quidem conditio
num et sumptuum non mediocrium intuitu, hanc gra
tiam ipsi facimus et recompensam, ut dominus Am
brosius cum suis successoribus praedictis eiusdem
advitalitatis participibus, per decursum annorum
quindecim tenebitur annuatim solvere census
marcas decem monetae et numeri polonicalis
in quamlibet grossos 48 computandum incipiendo
eandem sollutionem in anno Domini 1591 pro festo
S Martini Pontificis et sic consequenter. Post expi
rationem vero eorundem quindecim annorum, tam

ipsemet dnus Ambrosius Pater quam successores eius
predicti advitales, minerabunt deinceps et solvent ad
extrema vitae suae tempora singulis annis mar
cas viginti similes monetae. Habebit tamen predi
cta Venerabilis communitas rationem successorum
et consanguineorum ipsius domini Ambrosii legittimorum
nec non personarum domum illius inhabitantium vel eam
tenentium quae iacet in platea castrensi Cracoviensi, in
ter domum Vicariorum Ecclesiae Cathedralis Craco
viensis ex una et honesti Ioannis Permis civis
Cracoviensis. Si vero post expirationem praedictarum ad
vitalitatum prenominati inhabitantes, hoc ipsum prae
dium Grammatica tenere arendae titulo voluerint, hoc prae aliis sub censu competenti obtinebunt.
Tenebitur quoque predicta Venerabilis communitas tam do
minum Ambrosium quam successores illius modernos ad
vitales et caeteros temitarios, tueri evincere eli
berare ab omnium personarum impetitione toties
quoties opus fuerit. Praeter vero sollutionem pre
dictam tenebuntur omnes idem advitales totum prae
dium Grammaticae et aedificia eius diligenter provi
dere limites et omnia integre et fructuose conserva
re. Censum quoque pro temporibus institutum absque
quavis tergiversatione tempestive reddere sub resci
sione arendae advitalis et annulatione ipsius, si
et in quantum aliquibus vel omnibus conditionibus
premissis non satisfactum vel praetermissum quid fuerit.
Quae rescisio et annulatio si effectum merito sortire
bit licebit nobis citra quamvis impedimenta idem
predium cum omnibus suis attinentiis ita disponere
et collocare prout tunc melius ac commodius

expedire iudicabimus In quorum omnium fidem et
firmius testimonium sigillum nostrae communitatis maius
submissimus et officii nostri manibus subscribi cu
rauimus Actum et datum Cracouiae die Septem
bris 29 Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nonage
simo. Praesentibus Rendis, Venerabilibus, Honorabi
libus, discretis, Iosepho Vrzedowio praeposito Eccle
siae collegiatae S. Annae, Stanislao Bartholano,
Ioanne Porembio artium Magistris et Phisicis Doctoribus
Stanislao Prasnicensi Ioanne Visliciensi Baccalau
reis, Nadborio Brzostowski, Paulo Bietkowsky
studiosis. Stanislao et Andrea Bedelis Vniuersi
tatis Cracouiensis. Auscultata et approbata
in publica conuocatione.

Tu vacuum:

Arenda fundi bonorum Bronowice Venerabili Dno Mgro Nicolao Kocevio Sacrae Theologiae Bacalaureo — 173.

Anno Domini 1591 die vero 7 Januarij; Praeposito Venerabili Mgro Stanislao Batcovio, facta Convocatione Dnorum Doctorum et Magistrorum Maioris Collegij per Praepositum domus eiusdem ad finaliter aliquid statuendum et concludendum de Arenda bonorum Bronowice sub poena Prout quisque diligit bonum commune et non contradicen. In eadem Convocatione Rndi et Venerabiles D. Doctores et Mgri unanimi consensu praedictam villam et praedium cum suis emolumentis omnibus fructibus et redditibus, ad Triennium quod incipiet a festo Circumcisionis Dni in Anno 1591, et terminabitur pro simili festo Circumcisionis Dni in Anno 1594 exclusive. Venerabili viro Dno Mgro Nicolao Kocevio Sac. Theologiae Baccalaureo ad diuisque Annae Canonico Confratri suo locarunt in Arendarique dederunt sub istis quae sequuntur Conditionibus. Primum Venerabilis Dnus Arendator supranominatus Venerabili Comitati Maioris Collegii in singulos annos currentis Arendae quadringentos et sexaginta Florenorum numeri monetaque polonicalis pensurus est, ita ut pro rata S. Georgii ducentos et Triginta Florenorum. Pro altera vero S. Galli alteros Ducentos cum Triginta Florenorum monetae et numeri polonicalis numerat. Submisit se praeterea idem Rndus D. Arendator Aedificia omnia Curiae sarta et tecta conseruare et tueri. Item senos Coret raparum, item senos siseris vulgo Marcellae, Caparum binos, Petroselini binos, singulis annis Arendae ad mensam Venerabili Comitati datur. Limites praeterea et sylua aliaque ad fundum Bonowice

173

174. Bronowice dicte Nyemiecke pertinentia se tuiturum integraque conseruaturum recepit. Adhuc refectione Venerabili Comitati singulis annis ter se appositurum promisit. Loco vero prandij diebus Canicularibus Venerabili Communitati apparari soliti duos porcos se alturum, benique sagniatos pro feriis Sancti Thome Venerabili Comitati oblaturum promisit. In super idem Venerabilis Dnus Arendator pro conuehendis quinque lignorum struibus vulgo decimalibus Venerabili Communitati operam subditorum impendet. Ter in Anno certis diebus, vt pote feria quarta immediate ferias Sacratissimae Paschae insequente, itidemque alia feria quarta ferias Pentecostes insequente, et tertia feria quarta qua festum aliquod celebrari colligerit Venerabili Comitati piscibus prouidebit. In Expiratione vero Arendae piscinas fundi completas piscibus et impiscatas Venerabili Comitati reddet. Subditos laboribus inusitatis non onerabit, quibus Appellationem ad V. Comitatem in suis Causis concedet. Maiorem vero mulctam quam grossos quindecem non extorquebit. Si quid autem poenam nominatam excesserit Venerabili Comitati offerret vel officio domus Capones dationales a subditis viginti Venerabili Comitati in tempore assignato tradet. Coetera benevolentiae erga Venerabilem Comitatem Collegii eiusdem quo ad auctionem summae pro auctis et augendis proventibus commissa sunt. Quae omnia et singula pro amore suo Venerabilis Dnus Mgr Corenius Arendator se diligenter seruaturum Venerabili Communitati promisit.

Auscultatur per Venerabilem Comitatem et approbata.

174 175

Ztąd się Panna za:
czynaią aż do końca.







176.

176 177

Colour Chart #13
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Inches
Centimetres
Colour Chart #13
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color
DANES-PICTA.COM


Centimetres
Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black


181.
181
Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color

182.

182

Inches 1 2 3 4 5 6 7
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18
Colour Chart #13
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color
DANES-PICTA.COM


Centimetres
Colour Chart #13
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black



186.

Sądzę ja w pilną podróż po

186


187
186
187

188. Revisio et Inventarium Bosinae. 1510 fol. 31.
2. Exclusio a Collegio cum mulierum. Fol. 61.
3. Praebend S. Georgij ex Gremerige quod perfert fol 64.
4. De Tiberiae Officio — Fol 74.
5. Quod absentibus et per se non laborantibus, denegandae sunt Beneficia. Conclusio ex Actis Universitatis. pag. 20.

[illegible]
de B. Joanne Kantsi Theologo. vide folio 3. a et b. et 115. 6.

Vacat.

Probatio Calumni



Konserwacja
Arch. UJ
PK 298



Konserwacja
Arch. UJ
PK 298

Inches
Centimetres
Colour Chart #13
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color
DANES-PICTA.COM




Inches
1 2 3 4 5 6 7 8
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres
Colour Chart #13
DANES-PICTA.COM
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black